In nomine domini Amen Nos Nobiles Andreas Wylanow
ski Burgrabius Gneznen Johannes herck de Swynary advocatus Gneznen Nechny(?) Albertus Swyethlyk Viceadvocatus Nicolaus Pro-
szyel Albertus Syrszyn Clemens pellifex Johannes Cempel Bartholomeus Coszin Smyga Jacobus Czapsta Scabini Civitatis Gneznen
Sigismundus tenore presentium Quomodo veniens et constitutus personaliter feria sexta coram Judicio Magno bannito ante festum Sancti
Antonii Nobilis Stanislaus Stanislaus heres de Jaraczewo non compulsus non coactus nec aliquo errore deceptus seductus sanus tamen
mente et corpore matura deliberatione inter se prehabita hora ante prandium de sua mera et spontanea voluntate Recognovit
quomodo recognovit se vendidisse honorabili domino Alberto de Labyszyno vicario et altariste ecclesie Gneznen unam marcam
census annui in et super hominibus suis videlicet Franczkone pellifice et Jacobo Martowycz suburbanis in suburbio Gneznen post
cymiterium(?) Gneznen ante fossatam alias Zaprzekopye in terra Jaraczewsky monete currentis in Regno et numeri Polonicalis con-
sweti quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando a quolibet ipsorum seorsum per mediam marcam singulis annis
pro festo Nativitatis domini ipsi domino Alberto de Labyszyno solvendum pro quindecim marcis eiusdem monete et numeri prescripti
Quam marcam coram Nobis iuris ordine servato eidem Resignavit in spem reemptionis alias Nawyderkow perpetue
tollendum levandum et possidendum Ita tamen quod idem homines sui videlicet Franczek pellifex et Jacobus Martowycz
singulis annis pro dicto Nativitatis domini iam incipiendo ab Anno presenti in festo Natalis domini proxime venturi eidem
domino Alberto aut cui ipse demandaverit aut testamentaliter legaverit tenebuntur solvere et sunt astricti Quod si forte
in solvendo essent quomodocumque rebelles aut morabiles extunc ipse dominus Jaraczewsky et sui successores legittimi ab ipsis hominibus
dictum censum exigere debent et domino Alberto tradere Quod si absit per casum infortunium idem homines non essent insolvendi(?)
aut per voraginem ignis vel quovis alio modo dampnificarentur extunc ipse dominus Stanislaus Jaraczewsky dixit se velle et
obligatus est de suis aliis bonis dictum censum eidem domino Alberto recensere(?) dare et usque ad reemptionem persolvere Et
ad acta consistorii Gneznen cum eisdem hominibus ad inscribendum se iuxta ipsorum contractum et premissa inscribere Neque(?)
utraque pars testimonialem persolverunt Super quibus omnibus et singulis Sigillum nostrum Scabinale est subappensum Anno
domini millesimoquadringentesimosexagesimoseptimo

Pro Minori Collegio

1467